

74
 jhs postquam locutus est eis adsumptus est in caelum &
 sedet ad dextris di. Illi autem profecti praedicauerunt
 ubique dno cooperante & sermonem confirmante se
 quentibus signis. a ccccccccccc

EXPLETE VANG. SECD MA
 ccccccccccc.

E **COM. INEPT EANG. SECL & M**

EST QUIDEM LUCAS ANTIOCENSIS SYRUS. ARTE MEDICUS.
 discipulus apostolorum. postea uero paulum secutus est.
 usque ad confessionem eius seruiens dno sine crimine. ux
 orem numquam habuit. filios numquam procreauit. Lxxx
 viii annorum obiit. i boethia. plenus spu sco. Igitur cum
 iam descripta essent euangelia per matheum quidem in ju
 daea. per marcum autem in italia. sco instigatus spu ina
 chaie partib; hoc e descriptit euangelium. significans per
 principium ante suum alia ee descripta. sed & sibi maxi
 mam necessitatem incumbere. gracie fidelibus cum summa
 diligentia. omne dispositionem enarratione sua exponere.
 propterea ne iudaicis. fabulis & stultis sollicitationibus se
 ducti excederent a ueritate. Itaq; perquam necessariam
 statim in principio sumpst a iohannis natiuitate que est
 initium euangelii. premissus dni nri jhu xpi. & fit socius
 ad perfectionem populi. Item inductionem baptismi atque
 passionis socius. cuius pfecto dispositionis exemplum memi
 nit zacharias propheta unus ex duodecim. & tamen postre
 mo scripsit idem lucas actus apostolorum. post modum
 iohannes apostolus descriptit primum reuelationem
 in insula pathmos. deinde euangelium in esaiia;

INCIPUNT CAPITULA

1. **U**bi promissus e zacharie filius iohannes per angelum gabrielem;